Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Arii disputatio execranda et in omnibus repudianda - Cod. Aug. perg. 149

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [1. Hälfte 9. Jh.]

Altercatio Heracliani laici cum Germinio episcopo Sirmensi de fide synodi Nicaenae et Ariminensis arrianorum quod gestum est in civitate Sirminia coram omni populo idus Ian. VI feria Gratiano et ...

urn:nbn:de:bsz:31-42022

Visual Library

ſumuſ que in conſumationem ſeculi. de illo dicit ut uobiſcum ſit in eternū. hiſ atque huiuſ modi teſtimoniiſ quæ omnia quærere & colligere longū eſt. Si pacifice adquieſcaſ eriſ quod orare & optare te dicis. diuinarum ſcripturarum diſcipuluſ. ut de tua fraternitate gaudeamuſ;

EXPLICIT · LIB̄ · II · AURELI · AUGUSTINI · EPI

ADUERSUS · MAXIMUM · ARRIANORUM · EPM̄ ·

ALTERCATIO · HERACLIANI · LAICI · CUM GERMINIO · EPO SIRMENSI · DE FIDE SYNODI NICAENAE · ET ARIMINENSIS · ARRIANORUM · QUOD GESTUM EST IN CIUITATE · SIRMINIA · CORAM OMNI POPULO · IDUS · IAN · VI · FERIA · GRATIANO · ET · DAGALAIFO CONSULIBUS ·

Eduxerunt heraclianum. & firmianum. & aurelianum de cuſtodia coram omni plebe. epō ſedente in cathedra cum omni clero coram omni populo. & maioribuſ natu populi. Germiniuſ dixit ad heraclianum. Quid tibi uiſum eſt ſuadere hominibuſ. In omouſion quod uani homineſ conpoſuerunt.

Heraclianuſ dixit. Ergo trecenti & eo ampliuſ epiſcopi uani fuerunt?

Germiniuſ dixit. Quid uult eē omouſion. Heraclianuſ dixit. Tu qui pro ſcandalo hoc in populo predicaſ & grece noſti dicere. Germiniuſ dixit. Hoc euſebiuſ ille exiliaticiuſ te docuit & hilariuſ qui nunc ipſe de exilio uenit.

Heraclianuſ dixit. Ego iure & auctoritate diuinarum ſcripturarum loquor. quid mihi hæc adponiſ ut extollaſ me a uia ueritatiſ. diuiniſ legibuſ contendimuſ. dicendi enim & altercandi facultaſ pat&. Germiniuſ dixit. Tu quaſi quiſ male ſerue presbiter eſ & diaconuſ eſ. Heraclianuſ dixit. Neque preſpiter ſum neque diaconuſ. Sed tanquam minimuſ omnium xp̄ianorum prout ita mea loquor. Germiniuſ dixit. Uidete quantum loquitur. nemo illi den

tes eruit. Tunc percusserunt eum iouinianus diacon̄ & marinus lector. Heraclianus d̄
hoc ad felicitatem & ad gloriam meam pertinet. Germinius dixit. Dic hera
cliane ego te baptizaui quomodo a me recepistis. Heraclianus dixit.
Accepi a te in nomine patris & filii & sp̄s sc̄i. Non enim accepi in dō maiore
& in dō minore & hunc creatum sic & in spū scō dicis. Germinius dixit
Si sp̄s non esset beatus mentitus est paulus apostolus qui dicit omnia per xp̄m
creata sunt in celis & in terra uisibilia & inuisibilia. Si ergo sp̄s non est per
ipsum creatus ergo non sunt omnia per ipsum creata. Heraclianus dixit
Si iubes dico. Germinius dixit. dic. Heraclianus dixit. Scriptum est in esaia
propheta audi me iacob & isr̄l quem ego uoco ego primus & ego in aeternū
& manus mea fundauit terrā dextera mea solidauit caelum. Uocabo eos om
nes & astabunt simul & congraegabuntur omnes & audient quis illis hec
adnuntiauit diligens te feci uoluntatem tuam aduersus babylonem
ut tollatur semen chaldeorum ego locutus sum ego uocaui ego adduxi
eum & prosperum iter ei feci accedite ad me & audite me hæc non in occulto ab
initio locutus sum nec in loco terre tenebroso cum fierent illic eram & nunc
dn̄s misit me & sp̄s eius. Sic dicit dn̄s qui liberauit te sc̄s isr̄l. Ego sum dn̄s d̄s
qui ostendi tibi uiam in qua ambules & si audisses mandata mea facta esset ut lux
pax tua & iustitia tua ut fluctus maris & sicut harena semen tuum. Dicer
go nunc tu episcope de quo hec scripta sunt. At ille dixit tu ipse dic; Hera
clianus dixit. Te oportet dicere me uero condecet audire. Germinius d̄
de patre hæc scripta sunt. Heraclianus dixit. Et pater a quo missus est.
Germinius tacuit horam amplius unam. Heraclianus dixit. Euidenter
de filio & spū diuini dicta sunt. Ecce habes trinitatem probatā diui
nitatem declaratam per os sci prophete esaie. Et cum dixisset hoc he
raclianus germinius cepit eum conlaudare dicens. bonum cor habes
& bene natus es & ab infantia tua noui mus te conuertere ad eclesiam
nostram. Cui & alii plures dicebant. Domne episcope ipse erat qui.

contra hereticos tenebrosi fotini contendebat· quomodo nunc ipse
hereticus factus est. Germinius dixit· Ego fidem meam· exposui eusebio·
& manifestaui & placuit ei· ut ipse filius dī dicit Pater qui me misit maior
me est· & non ueni facere uoluntatem meam sed patris qui me misit·
Nam & de spū scō sic scriptum est· nisi ego abiero ad patrem meum non ueniet
ad uos sp̄s paraclitus· & a se non loquitur hic de meo accipiet & adnuntiabit
uobis· his uerbis loquebatur ad populum· uerum ego talem fidem habeo·
patrem dico innatum inuisibilem inmortalem sine initio sine fine· filium
uero eum dico ante secula initium ex patre dm̄ ex dō· lumen ex lumine·
Sed talem non dico· qualem patrem· Ipse enim dicit pater qui misit
me maior est· & non ueni facere uoluntatem meam· sed patris qui me mi
sit· Spm̄ scm̄ dico principem angelorum archangelorum· sicut enim non
similia filius patris per omnia ita nec sp̄s sc̄s filio. Heraclianus dixit·
Maior est pater sed in nomine tantum· Nam paulus apostolus dicit
Xp̄s dī uirtus & dī sapientia tu non credis quia propria dī uirtus est & dī
filius· & d̄s uerus nam & d̄s totus uirtus est· & per eandem uirtutem om
nes uirtutes factas eē cognoscimus Sic enim scriptum est· Uerbo dn̄i caeli
firmati sunt· & spū oris eius omnis uirtus eorum· Intellege ergo quia per
unam uirtutem omnes uirtutes in caelis & in terra & in infernis per unam uir
tutem ex nihilo expresserunt· Germinius dixit· Ergo tu talem dicis
filium ut & patrem Heraclianus dixit· Sic scriptum est in euangelio a io
hanne· cum filippus apostolus diceret· dn̄e ostende nobis patrem & suf
ficit nobis· Respondit ei ih̄s· tanto tempore uobiscum sum· & non cogno
uistis me filippe qui me uidit uidit & patrem meum· & ego & pater unum
sumus· quomodo tu dicis ostende nobis patrem· Non credis quia ego in pa
tre & pater in me est· Intellege ergo talem filium qualem & patrem·
Et tacuit germinius· Loquutus est autem presbiter theodorus & dixit·
Scriptum est ubi filius dī dicit quia de die & hora nemo scit neque angeli

neq; archangeli neque filius ſed pater in ſua poteſtate poſuit· Quomodo ergo
iudicas quia talis eſt filius ſicut & pater· Heraclianus dixit. qualem dm̄ prae
dicas qui de die & hora ignorat· Theodorus dixit· Cum confuſione ſic ſcriptū
eſt· Heraclianus dixit· Non legiſti quia littera occidit· ſpſ autem uiuificat·
adubi hic confuſus & humiliatus tacuit· Agrippinus dixit· Scriptum eſt
in apoſtolo paulo· cum tradiderit regnum dō & patri· cum euacuauerit omnem
principatum & omnem poteſtatem & uirtutem· oport& eum regnare donec po
nat omnes inimicos ſub pedibus eius· omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius·
Nouiſſime inimica deſtru&ur mors· Cum autem dicat quia ſubiecta ſunt ei
omnia· manifeſtum pręter eum qui ſubiecit ei omnia· Cum autem ſub
iecta ei fuerint omnia tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei· qui ſibi ſubiecit om
nia ut ſit dſ omnia in omnibus· Quomodo ergo iudicas· quia talis eſt filius
qualis & pater· Heraclianus dixit· Sic ſentiendum eſt quemammodum
iudicas· Ergo adhuc eē hab& dſ futuri temporis in finem· nam nunc non ē·
Si enim ſic ſcriptum eſt· ut ſit dſ omnia in omnibus· Inanis eſt ergo fides tua
fruſtra praeſumis quidm̄ ante tempus praedicas· Quemammodum eſt
oro te· una eſt diuinitas an duę· Agrippinus dixit· Una eſt· Heracli
anus dixit· Bene dixiſti ergo diuinitatis quae ſubdita eſt· iam non eſt diui
nitatis paterna· At ille dixit· tu negas filium ſubiectum patri· Heraclianus dixit·
Uoluntate non neceſſitate· Nam ut ſcias quia uoluntate· & diſcipulorum ſuorum
pedes lauit· Nam & in alio loco ſcriptum eſt· ſpſ prophetarum prophetis ſubiec
tus eſt· numquid ergo quia ſcriptum eſt maiores ſunt prophetę ſpū diuino dī·
Nam & in alio loco dicit paulus apoſtolus ad timotheum· omnis ſcriptura di
uinitus inſpirata utilis eſt ad docendum ad conroborandum· Quomodo ergo
uos dicitis filium dī creatum eē· & dicitis quod loquitur per prophetas·
& paraclitus per apoſtolos· qui dicitur aduocatus· Si ergo loquitur filius
conſtitutus ante ſęcula dſ ut uos dicitis· ſpſ ſcſ· per eundem creatus eſt·
iam ergo non eſt omnis ſcriptura diuinitus inſpirata· & quid faciemus

de tantorum multitudine teſtimoniorum primum eſaię prophete qui dicit pro
geniem eius quis enarrabit. Nam & iohannes euangeliſta dicit. In principio erat
uerbum & uerbum erat apud dm̄ & dſ̄ erat uerbum. Numquid uerbum di creari
R̄ poteſt ſi uerbum & cui eſt ipſum uerbum. Nam & de ſpū ſcō paulus apoſtolus
dicit nemo uidit que ſunt in dō niſi ſpſ̄ di & iam quis ſcrutatur altitudines di.
Quis ergo hic eſt ſpſ̄ qui cognoſcit que ſunt in dō non apud dm̄. cum ſcriptum ſit
in eſaia. quis cognouit ſenſum dn̄i aut quis conſiliarius eius fuit. Si ſpſ̄ di cre
atus. & ipſe ergo aliquando ſine ſpū cum quando ſcriptum eſt In apoſtolo paulo
Nos non accipimus ſpm̄ huius mundi ſed ſpm̄ eius qui ex dō eſt. Et iterum di
cit. qui eſtis epiſtola xp̄i ſcripta non atramento ſed ſpū di uiui. Et iterū dicit.
R̄ dn̄s ſpſ̄ eſt. ubi autem ſpſ̄ dn̄i ibi libertas ibid̄. Ad hæc agrippinus ceſſauit.
Germinius dixit. Videte quemammodum blaſphemat qui ſpm̄ ſcm̄ dm̄ dicit.
Cum ſcriptum ſit. quia nemo poteſt dicere dn̄m ihm̄ niſi in ſpū ſcō Nam & dauid
dicit. Dicit dn̄s dn̄o meo ſede ad dexteram meam donec ponam inimicos tuos
ſcabellum pedum tuor̄. Heraclianus dixit. Iam paulo ante dixi quia uolun
tate non neceſſitate. Nam & de filio di ſcriptum eſt. Ego uado ad dm̄ meum & ad
dm̄ ueſtrum. & ad patrem meum & ad patrem ueſtrum. Et alio in loco dicit con
fiteor te dn̄e pater cæli & terræ. Ergo adeo non eſt dn̄s & dſ̄ filius di qui patrem
dn̄m & dm̄ dixit. Cum hec ergo ſcripta ſunt non erubeſcitis dn̄m & dm̄ dicere.
Quid ergo pude[tat]te ſpm̄ ſcm̄ dm̄ dicere. cum ſcriptum ſit. dſ̄ ſpſ̄ eſt. quod di ſpſ̄
R̄ ſubſtantia. in quo ſi blaſphemauerit homo non illi dimittetur neque
hic neque in futuro. tolerabilius erit ſodomę & gomorræ quam his qui pec
cant in ſpū ſcō. Nam & quod & dſ̄ ſit ſpſ̄ ſcſ̄. petrus apoſtolus dixit
dicens ad ananiam & ſapphiram uxorem eius qui fraudauerunt de precio agri
quem uenundauerunt. Tunc dixit beatus petrus ad ananiam qui ſtibi per
ſuaſit mentiri ſpū ſcō non es mentitus homini ſed dō. & ſtatim ruit in terrā
& mortuus eſt. Germinius dixit. Quomodo ſpſ̄ ſcſ̄ dſ̄ eſt. cum ſcriptum ſit
in hieremię. Hic dſ̄ noſter. & non eſtimabitur alius preter eum. hic adinue

nit omnem uiam disciplinę & dedit eam puero suo iacob & isrł dilecto suo.
Post hæc in terris uisus est & cū hominibus conuersatus est. Heraclianus dix.
Per igno rantiam bene locutus es. quia uero illum dm̄ prophetauerunt dn̄m inter
homines conuersatum fuisse. Nam ut scias quia pater in filio & filius in patre
una cum spū scō. Intellege quia præter hanc trinitatem alius ds̄ non ē timendus
colendus ac uenerandus. Germinius dixit. Ergo frater est xp̄s. paraclito
spiritui scō? Heraclianus dixit. Non sic credimus. sicut enim unus pater. unus
& filius. & sps̄ scs̄. unus uigor. Nam & tres unum sunt. Germinius dixit.
Unde probas? Heraclianus dixit. Per apostolum paulum. Germinius dix.
Ubi scriptum est. Heraclianus dixit. Ad ephesios. Germinius dixit. Lege.
Heraclianus. Unum corpus & unus sps̄ sicut & uocati estis in una spe uocationis
uestrę. unus dn̄s. una fides. unum baptismum. unus ds̄ pater omnium qui super
omnes & in omnibus nobis. Germinius dixit. Heracliane quomodo disponis
de fide. Heraclianus dixit. Nam cum radius ex sole porrigitur. portio hæc
summa est. sed sol erit in radio quia solis est radius. nec separatur substantia sed ex
tenditur. ut lumen de lumine attensum manet integra indefecta materia
& si plures inde radios qualitate sua mutabiles. ita & quod de dō profectum est
ds̄ est & di filius & unum ambo. Ita de spū scō & de dō modo lo gradum non
statum fecit non discessit. sed excessit. Ipse igitur di filius ut retro semp
prædicabatur. delapsus in uirginem quandam & in utero eius caro figuratus nuntiatur
homo dō mixtus caro spū structa nascitur. adolescit. affatur. docet operatur
& xp̄s est. Hæc mea fides est. Cum hæc dixisset heraclianus. repletus est ira
& indignatione germinius & uociferare coepit & dicere. Hereticus est. Quia
patrem & filium & spm̄ scm̄. totum dm̄ dicit. homousianus est. Nolite ei fidem
habere. & rogabat populum dicens. ut quicumq; obuiaret ei seruus uel ancil
la di. exsuflent eum quia iam mortuus est. & iure iurando iurabat. ut eum
exilio deportaret. Heraclianus dixit. Ds̄ qui liberauit israhel de manu
regis amorreorum & regis basan & paulum de manu samaritanorum. ipse

me liberabit & de manibus tuis. At ubi haec dixit omnes presbyteri
& diacones eius dixerunt. Non exeat hinc nisi fecerit anathema episcopos
quos nominavit quorum se dixit fidem habere. Hoc enim dictum est ad
heraclianum & firmianum cum omnibus fratribus. Sed illi hoc non fecerū
Germinius dixit. non est scriptum. & sic eos dimiseru
& cum illos dimisissent sic pars sociorum ipsorum clamabat. Consulari of
ferantur & occidantur quia seditionem fecerunt & de uno populo duos fecerū
& cogebant eos ut subscriberent in fide hereticorum. & congeminabant uocib
dicentes. consulari offerantur & occidantur. Tunc germinius dixit.
Nolite fratres nesciunt quid dicunt. si episcopis persuasum fuerit. quanto
magis istis. & alii cogebant eos ut humiliarent se sub manibus eius. & ill
sic fecerunt. & euaserunt de manibus eorum usq; in hodiernum diem.

G.R. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE